

New Species and new Forms of Lepidoptera from Sardinia.

By COUNT EMILIO TURATI, F.E.S., etc.

(Concluded from Vol. XXIV., page 306.)

POLIA (ANTITYPE) CANESCENS, Dup., ARITZENSIS, n. f.

Forma glaucescens signaturis confusis, aliquoties umbra media bene notata. Alis posticis ♂ sericeo-albidis, in venis ad marginem diffuse nigro radiatis; ♀ griseo-fuscis.

Transitus intra *asphodelioides*, Trt., et *asphodeli*, Rbr.

21 ♂ s, 2 ♀ s Monte, "Cugnada," mense octobre.

HYDRÆCIA FRANCISÆ, n. sp., et AURANTIACA, n. f.

♂ mm. 18-25, ♀ mm. 22.

Sp. statura maxima minore quam minima *xanthenes*, Germ.; signaturis analogis sed distinctissimis, non diffusis; colore flavo-rufo fere aurantiaco, interdum intensiore quam in *Gortyna ochracea*, Hb., umbris inter maculas cellulares, et linea distali violaceo-rufescentibus. Hac intus fere recta, extus magis dentata sed fere æqualiter decurrente; linea mediana subtili, intense rubiginosa. Macula claviformi rotundata, perspicua, rufo circumducta et intus cruciata; macula orbiculari clarius flavocincta, reniformi venis intersecta, minute rufo conterminata. Linea subterminali clariore, dentata, distali violaceo innexa.

Alis posticis non luteo-grisescentibus, sed flavescentibus; venis perspicuis, interdum ut in *Gortyna ochracea*, Hb., parte exteriori adumbratis.

Capite thoraceque aurantiacis rufo et violaceo suffusis. Antennis tenuioribus, vix ciliatis. Abdomine griseo-rufescente: cruribus concoloribus. Subtus alarum colore albedo subrufescente, ad costas rufo-suffuso; linea distali, tantum incompleta, transparente.

25 ♂ 1 ♀ Aritzo, mensibus septembre et octobre.

Forma AURANTIACA.—Sunt etiam duo specimina maculis et fasciis violaceo-rufis carentia, sed omnibus signaturis, cæterum, intense rufis, sub forma *aurantiaca* notanda.

2 ♂ Aritzo, mense octobre.

Francisæ, Georgii Kruegerii uxori, quæ novam hanc perspicuam speciem detexit et lexit, dicata.

NONAGRIA (PHRAGMATOPHILA) INSULARIS, n. sp.

mm. 30.

Sp. *nova*, Hb., tantum similis, sed alis anticis luteo rufis; linea antemarginali excurva diluta. Macula alba orbiculari rotundata, minima; lunula alba cellulari non supra distaliter angulata, nec in costa mediana proximaliter prolongata. Lineolis quibusdam nigris ad marginem internum super costas sparsis. Alis posticis unicoloribus brunnescentibus. Linea antemarginali vix indicata. Ciliis subroseis. Subtus lutescenti; alarum omnium linea antemarginali diluta, et elatiore quam in *nexa*, Hb.

Thorace, capite et antennis rufo-brunneis. Abdomine lutescente.

1 ♂ Aritzo, mense octobre.

ORRHODIA HEMATIDÆA, Dup., CAUSTA, n. f.

mm. 34.

Forma alis anticis, capite et thorace colore sericeo fulgente non

rufo-cupreo sed brunneo nigrescenti; ad costam paullulum cinerascete, et in costa post umbram mediocellularem quatuor punctis lutescentibus. Linea distali vix distinguenda, fascia submarginali undulata fere conspicua.

Alis posticis griseo-nigrescentibus, roseo-ciliatis; sed alarum anticarum ciliis concoloribus nigrescentibus. Cæterum ut in forma typica.

1 ♂ Monte "Chiesa," alt. m. 1400, mense octobri.

HERMINIA GIGANTEA, Trt., AUTUMNALIS, n. f.

♂ mm. 25-32, ♀ mm. 29-32.

Forma reducta, fere dimidio minor: ♀ minus flavescenti, plerumque non pallidiori quam ♂. Macula reniformi lunulari distinctiori. Generatio II, mensibus augusto et septembri, etiam ab ovoeducta.

10 ♂ s, 8 ♀ s, Aritzo.

ACIDALIA DIMIDIATA, Hfn., ROSEATA, n. f.

mm. 20.

Forma colore non luteo sed subrufescenti vel roseo-adflato. Punctis nigris minimis sed perspicuis. Maculis apud angulum internum violaceis diffusis.

3 ♂ s 1 ♀, Aritzo, mense julio, et ab ovo mense septembri.

ACIDALIA OSTRINARIA, Hb., PURPURARIA, n. f.

mm. 19.

Forma alis unicoloribus intense violaceo-purpureis: lineis transversis vix transparentibus. Cilii aurantiaci.

3 ♀ Desula, mense julio.

ACIDALIA OBLIQUARIA, n. sp.

mm. 17-20.

Sp. statura ut *virgularia*, Hb., sed minore quam *albitorquata*, Püng., inter quas species ponenda videtur.

Alis anticis magis elongatis; colore griseo nigrescenti. Lineis transversis magis obliquis, nigerrimis, perspicuis, minus dentatis; fasciis (marginali et submarginali) *albitorquata*, Püng., aliquot similibus; sed submarginali a dimidio alarum margine usque ad angulum internum obscure et late diffusa.

Alis posticis linea submarginali etiam diffusa. Subtus alis fumosis, lineis nigris e lineolis costalibus constitutis.

Thorace et abdomine concoloribus obscure griseis, capite clariore, obscure a collari intersecto.

9 ♂, 1 ♀ Monte "Chiesa," mensibus maio et julio lecti, mensibus julio et augusto ab ovaeducti. Larvam ab *albitorquata*, Püng., larva diversam Geo. C. Kruegerius esse refert.

LARENTIA SPISSISTRIGARIA, n. sp.

mm. 22-26.

Sp. griseo-fusca: strigis undulatis ut in *riguata*, Hb., sed elatioribus. Linea antemarginali alarum omnium e serie perspicua punctorum costalium albidorum, vix apud costam confluentium, constituta. Linea limbali nigra in costis albopunctata. Ciliis griseis, fusco intersectis. Inter *scripturata*, Hb., et *riguata*, Hb., ponenda.

8 ♂ Aritzo, mensibus maio et junio, deinde augusto et septembre.

APHOMIA GRISEA, n. sp.

mm. 31-33.

Sp. ♀ Alis anticis constrictioribus, colore non rubescente nec brunneo, sed griseo fere argenteo, ab *A. sociella*, L., valde differt. Lineis transversis magis conspicuis, latioribus: puncto discoidali parvo sed distincto; linea distali extus albescenti. ♂ ignoto.

12 ♀ s Aritzo, mensibus junio et julio 1911 et 1912.

CRAMBUS VECTIFER, Z., FUSCATELLUS, n. f.

mm. 24-26.

Forma unicolor brunnea.

Striga argentea fere omnino obscurata, et a linea nigrescenti mediana substituta; squamulis albidis effusis tantum in parte distali lineam obscuram transversam servantibus.

Capite et palpis non albidis sed cum thorace, non albo partito, concoloribus brunnescentibus.

2 ♂ s Aritzo, mense augusto.

BOTYS (SYLEPTA ?) OBERTHURI, n. sp.

mm. 22-23.

Sp. alis omnibus subfumose-roseo pellucidis, iridescentibus: lineis anticarum transversis et punctis obscuris perspicuis: proximali sinuosa biangulata, distali sicut in *S. ruralis* Sc. fulminata, in quarto spatio interrupta, reflexa, subtiliter cum linea mediana, ex macula reniformi debiscenti, conjuncta. Puncto orbiculari distincto.

Alis posticis linea antemarginali trisinuata, e brevibus maculis intracellularibus structa; limbo obscurato.

Ciliis omnibus concoloribus.

Capite thoraceque fusciscentibus. Abdomine et cruribus sordide albescentibus subroseis: segmentis clarius sectis. Penicillo anali subroseo.

Palpis modice porrectis.

3 ♂ s Gennargentu, mense septembre.

Carole Oberthurio hæc peculiarissima species dicata.

EPHESTIA RECTIFASCIELLA, n. sp.

mm. 15-18.

Sp. alis anticis brunneo nigrescentibus: regione costali late albo-griseo pulverata. Linea proximali albicanti, ut in *modestella*, Rag., arcuato-dentata, extus late nigro-marginata. Linea distali albicante, ut in *disparella*, Rag., fere recta, intus et extus nigro-marginata. Punctis discoidalibus ambobus perspicuis. Punctis limbalibus nigris minutis, non apicem attingentibus: ciliis dilutioribus.

Alis posticis albido-grisescentibus fere transparentibus; costis obscuris; ciliis clarioribus.

Capite, thorace, palpis atque antennis nigrescentibus.

Abdomine griseo, pencillo anali dilutiore.

8 ♂ s, 1 ♀, Ins. S. Petri, mensi aprili, Aritzo, mensibus junio-augusto.

CORRIGENDUM: Instead of *Oeneria kruegeri* read *Lymantria kruegeri*.